

*Da Libreria del Coll. R. de Calam.
e delo Auctoris della Compagnia de Jesus.*



R. P. A N D R E Æ
M E N D O
D E I V R E
A C A D E M I C O .

R. P. A N D R E Æ
M E N D O

LVCRONENSIS E SOC. IESV

in Provincia Castellana,

REGII CONCIONATORIS, SUPREMI S. INQUISITIONIS

Senatus Censoris, & olim in Collegio Salmantino Theologiæ
Scholasticæ Professoris, ac Sacræ Scripturæ Interpretis,


D E I V R E
A C A D E M I C O,

SELECTÆ QVÆSTIONES THEOLOGICÆ, MORALES,
Juridica, Historica, & Politica,

DE ACADEMIIS, MAGISTRATIBVS, COLLEGIIS,
Professoribus, Candidatis, & Scholasticis,

CVM APPENDICE DE ACADEMIARVM, AC STUDIOSORVM
iuramento defendendi Immaculatam Conceptionem DEIPARÆ.

EDITIO SECYNDÆ, CVM TRIPLICI INDICE.




L V G D V N I,

Sumptibus HORATII BOISSAT, & GEORCII REMEVS,

M. DC. LXVIII.

Cum Approbatione, & Permissa Superiorum.



REVERENDISSIMO
AC ILLUSTRISSIMO DOMINO DOM.

IO. ERNESTO
EX COMITIBVS
DE THVN,

METROPOLITANÆ ECCLESIAE SALISBURGENSIS,
nec-non Passaviensis Canonico dignissimo Patrono,
ac Mœcenati nostro munificentissimo.



*L*ITTERAS sœuent qui digna Litteris ge-
runt ILLUSTRISSE DOMINE COMES
Tuarum hęc Lugduni Galliarum commo-
rantis omnigenarum virtutum splendore, ma-
ximè verò in exercitiis Academicis; Iuris in-
quam Civilis & Canonici prælectionum in-
defessa assiduitate, ac solertia irretiti; Opus hoc
Academicum omni iure Tibi præ cæteris con-
secrare debuimus: tum quia ingrati animi notam effugere non
poteramus, si postquam EMINENTISSIMO CARDINALI
fratri Tuo GUIDOBALDO Fermosinum nostrum; ac CEL-
SISSIMO PRINCIPI VVENCESLAO itidem fratri Tuo sa-



LIBER PRIMVS
DE IVRE ACADEMICO
SELECTARVM QVÆSTIONVM
AD ACADEMIAS. EARVMQVE SENATVM,
SVPERIORES, AC IVDICES, ET AD
COLLEGIA SPECTANTIVM.

Tribus libris Opus hoc de Iure Academico clauditur. Primus continet quæstiones, quæ ad ipsas Academias in communi, atque ad earum Superiores, ac Iudices, & Collegia spectant. Secundus eas, quæ ad Professores scientiarum, & Candidatos Cathedrarum concernunt. Tertius demum illas, quæ ad Scholasticos pertinent. Sic ordo doctrina servatur, totaque materia exhauritur.

QVÆSTIO I.

Quid sint Academia? quæ earum diversitas? quæ utilitas?



LITTERARVM studia apud Græcos in primis olim effloruisse nulla non Scriptorum pagina declamat. Philosophorum nomen ibi primum auditum celebritatem sibi per Orbem comparavit. Illi diuersa cognomina fuere sortiti; vel à Magistro, & doctrina, quam sequebantur; vel à civitatibus, in quibus disciplina addiscebatur; vel à locis, ubi sita erant gymnasia; vel demum ab aliquo euentu, aut etiam ab habitu, fastu, seu ignominia. Hinc cognominari sunt Philosophi Elienses, Megareses, Cyrenayci, Academici, Stoici, Peripatetici, Cynici, Socratici, Epicurei, & huiusmodi alij, ab aliquo ex præfixis capitibus nuncupatione desumpta.

Atendo de Iure Academico.

Inter reliquas Græcæ vires vigeant Athenæ, ibique frequentior erat disciplinarum inuestigatio. Quare & nunc Athenæum vocare solemus ipsam Vniuersitatem; aut etiam Gymnasium, quin & Bibliothecam propriam suam vocat quisq; Athenæum. Extra ipsam urbem Athenas locus sacchar nemorosus, in quo scholam instituit Ecademus, & ab institutore de nominatione tracta, primaque littera mutata, dicta fuit *Academia*, & qui in illa disciplinis litterarum incumbabant, *Academici* sunt appellati. Inde ad nostra vsque sæcula nomen idem est derivatum, quo celebriores scholas nominamus. Et cur potius ab ea Ecademi schola, quam ab alijs Græcorum, vox fuerit emendicata, quæstio est nullius momenti; cum in applicatione prima vocum, qualibet convenientia apparente, pro libito poterit illa designari, nec incogruè quidè, cum illa schola Ecademi iuxta Athenas litteris celeberrimas existerit, & absq; dubio inter primas Græcorum valeat annumerari.

A Vocati

